

V. S. si faccia animo e si contenti anco della morte, quando da codesti malvaggi le fosse data, perchè morirà gloriosa per la patria e non resterà esposta a morire sotto dei sassi, come quanto prima seguirà ad una gran parte di codesti Orlandi, per servizio de' quali i signori inglesi ci devono portar da Livorno molti fasci di corde. E qui abbracciandola resto

Di V. S.

*Aff.<sup>mo</sup> nepote*

ALERIO FRANCESCO MATRA.

Non era privo di coltura costui, che affettava quegli alti sensi di romanità, attinti forse fino dalla sua prima educazione e non infrequenti nei connazionali del suo tempo. Parrebbe di più a prima giunta che nel suo animo altero albergasse un amore di patria così grande, accompagnato da un sentimento di sì fiera dignità individuale, da non dubitare della sua fede. Eppure gli atti della sua vita contraddissero aperto all'altezza delle sue parole. Guadagnato dai genovesi si chiari oppositore del Rivarola e cospirò a' suoi danni; poi accettò gradi e commissioni dal Re di Sardegna, di guisa che perseguito dai suoi nazionali e dai francesi, fu costretto andar ramingo alcun tempo, finchè si ridusse a stabilire dimora in Cagliari. Di qui lo trasse il governo di Genova promettendogli onori e ricchezze, e lo sguinzagliò in Corsica seminatore di zizzanie e orditore d'intrighi contro l'opera magnanima del Paoli. Indarno però, chè l'ambizioso traditore, dovette indi a poco tornarsene a Genova svergognato e vilipeso.

A. NERI.

UN MAESTRO D'ARITMETICA  
DEL SECOLO XIV

È questa la più antica memoria di un maestro d'aritmetica stipendiato dal Comune, sebbene le parole del documento, là dove afferma come niuno addottrinato in quella disciplina

esistesse in Genova « obviante mortalitate seu epydemia preterita », inducano a credere che già vi fosse questa scuola per l'innanzi. Il documento venne pubblicato parecchi anni or sono dal Bonaini, per incidenza, in una sua breve memoria intorno a Leonardo Fibonacci (1); ma noi abbiamo reputato utile riprodurlo, e per la sua importanza, e perchè gli atti del governo genovese muovono nel nostro Archivio dal 1380, e invano quindi vi si cercherebbe la presente deliberazione.

Millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, die penultima augusti.

Magnificus dominus, dominus Dominicus de Campofregoso, Dei gratia dux Ianuensis et populi defensor, in presentia, consensu et voluntate infrascriptorum dominorum Antianorum, sui Consilii, Duodecim sapientum, in sufficienti et legitimo numero cengregatorum; nec non ipsi domini Antiani, auctoritate et decreto eiusdem domini Ducis (et quorum Antianorum qui interfuerunt nomina sunt hec: dominus Petrus de Castelliono iurisperitus, Benedictus de Paxano, Martinus Marruffus, Petrus Piconus, Franciscus Turturinus, Obertus de Monelia, Petrus de Grota, Symon de Bargalio, Laurencius Angeli et Dexerinus de Sancta Agnete); habito super infrascriptis colloquio, voluntate, consilio et consensu ac deliberatione, prout serius distinguit materia regullarum, et ipsarum prorsus forma in omnibus observata, cum infrascriptis nobilibus et prudentibus viris dominis officialibus monete, videlicet Francisco Embriaco, Christiano Curlo, Bartholomeo de Nigro, Eliano Spinulla, Iohanne de Bargalio, Georgio Lomellino et Peregrino Muscha, in sufficienti numero congregatis, absente tamen Anthonio Griffioto octavo socio ipsorum; considerantes quantum utile et necessarium est habere in civitate Ianue unum probum ac expertum et sufficientem virum arimetricum et qui artem arimetricam in civitate Ianue doceat, et ipsius artis et scientie publice scolas regat, eam artem et scientiam prout congruit scolares docendo; presertim cum nullus magister vel doctor ipsius artis et scientie, obviante mortalitate seu epydemia preterita, Ianue existat; volentes tante necessitati occurrere et subvenire remedio opportuno, de sufficientia tamen

(1) *Giornale Stor. d. Arch. Tosc.* I. 239, poi di nuovo edito a Pisa, Nistri 1858.



probitate et industria ac experta et manifesta doctrina circumspecti viri domini magistri Thome quondam Miniati civis Pisarum plenius informati, ac audita requisitione coram eis pro parte ipsius oretenus exposita quam pluries per nonnullos notabiles cives Ianue tam nobiles quam populares; eidem requisitioni cum minori gravamine Communis quo possunt, preferendo eidem gravamini expressam necessitatem ac evidens commodum civitatis et civium sicut licet, complacere volentes, ex omni potestate et baylia quovis modo et forma eisdem attributa et concessa simul et divisim, tam ex serie regularum quam alio quocumque modo et forma quibus melius possunt, posito partito ad ballottas albas et nigras, repertis prius ballottis Officialium monete omnibus albis numero septem, et subsequenter ballotis dicti domini Ducis et Antianorum similiter omnibus albis numero undecim; presenti decreto et gratia speciali, usque tamen ad dicti domini Ducis et Consilii beneplacitum valituris, statuerunt, decreverunt, ordinaverunt et deliberaverunt, ac statuunt: decernunt et ordinant, quod dictus dominus magister Thomas a die tertia februarii ipsa die comprehensa, ultra usque tamen ad dicti domini Ducis et Consilii beneplacitum, regente dicto domino magistro publice scolas in civitate Ianue et artem arismetrice scolares et quoscunque adiscere volentes illam fideliter docente, ipse sit penitus liber, exemptus. franchus et immunis a quibuscunque toltis, dirictibus, introytibus et cabellis comunis Ianue impositis et imponendis pro usu suo et sue familie domestice tantum, scilicet pro victualibus quibuscunque et vestibus ac vestitu dicto usui necessarii: et similiter a quibuscunque impositionibus, cotumis, collectis, datiis, mutuis, coemptionibus, avariis realibus, personalibus et mixtis, ac angariis et oneribus quibuscunque, exercitibus et cavalcati terrestribus et maritimis dicti Communis impositis et decetero imponendis, quocumque nomine nuncupentur. Mandantes universis et singulis magistratibus, officialibus, emptoribus, collectoribus et exactoribus predictorum civitatis Ianue et districtus, ac consulibus callegarum et dohaneriis quibuscumque, ut presentem gratiam, immunitatem et franchisiam dicto domino magistro Thome, usque ad dicti domini Ducis et Concilii beneplacitum, observent et faciant penitus inviolabiliter observari.

Extractum est ut supra de actis publicis Cancellarie prefati magnifici domini Ducis et comunis Ianue, scriptum manu mei notarii et cancellarii infrascripti.

GEORGIUS DE CLAVARO, Cancellarius.

[L. S.]